



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



ff.

SYNTAXIS MVNDI,

Sine de

CONSTRVCTIONE
VNIVERSI
DISPVATATIO,

QVAM IN CATHOLICA
ET INCLITA, ACADE-
MIA DILINGANA,

P R E S I D E

THOMA ANREITER SOCIE-
TATIS IESV., PHILOSO-
PHIÆ PROFESSORE
ORDINARIO,

P R O P O N E T

MATTHIAS ALT, ARTIVM
ET PHILOSOPHIAE BACCALAV-
REVS, AC METAPHYSI-
CAE STUDIOVS.

ANNO M. DC. XXIV. Mense Martio.

D I L I N G A E

Cum Maiorum Facultate

Typeis Academicis

Apud V DALRICVM R E M.

**NOBILI ET MAGNI-
FICO VIRO, DOMINO
MATTHAEO WAN-**

NERO; S. C. M. CONSILIARIO,
REVERENDISS. ET ILLVSTRISS. PRIN-
cipis Augustani Cancellario, Universitatis Dilinganæ Güber-
natoris, Praefecto in Ailingen &c. Domino
suo-in primis colendo.

Mundum, cuius nobilissima pars alrixq; salam qf,
n hisce shesbus tractamus, sed more Aristotele,
mmo & Christiano. Ea ianuam patefaciunt mi-
hi, quā ad te, Nobilis & Magnifice Domine,
licet accedere. Et quidem libens hoc admodum facio, cum
cognatis sanguinis nobile per adolescentū, mea quāqualsi cu-
ra commissum eō me incitare videantur, ut & ipsorum &
meo nomine grati animi initium aliquod ponere incipiam
apud eam, cai & ipsi, & ego debet plurimum fatemur: tam
enim humana est in me beneficentia tua, quam sepius eam fungi
expertus. Vehemensq; me tamen impulit Virtus, Eruditio,
Agendi dexteritas, quā in Aulico, ut ita dicam, Calo te colloca-
uitriam olim. Ingens id valdusq; Atlas sustinet Reu.^m
& Iust.^m Princeps HENRICVS Augustanus Pontifex.
Huic enim incambit non sua modo Doctesis sed etiam Acade-
mia Dilingana: que duo hemisphaerias & sapientissima pie-
tate, & prissima sapientiam mirabiliter administrat. Ausim iam
dicere hui^o Magni Atlatis te proponendū Humeros esse. Quid-
quid enim Boni sive in Academiam sive in rebus per Imperium
etia Cesareum haud infeliciter gestis exstitit, bonam id partem
sapientissimis tuis consiliis debet adscribi. Iam ista calo digna
sunt: verum vitam longam sic opto pluribus meritis angere,
& coronam in calo amplificare sat agis rectissime. Dilunge IV.
Idus Martie.

Ad di Etis Rime

Matthias Alt

ARGUMENTVM DISPV- TATIONIS.

SYNTAXIN Mundi, siue mirabiliem illam Constructionem, quam DEVS Optimus Maximus incredibili sapientia sua perfecit, deducemus ex primis Rudimentis Mundi. Eatria fere in secris litteris memoran̄ur: Caelum, Abyssus, & Terra. Quae ita schabent, ut partim in ipsis partim ex ipsis reliqua omnia sint facta, que tam eleganti varietate Uniuersum hoc omne distinguuntur. Tribus itaq. Capitibus de istis hic aliquid disputabimus. I. eris de Caelo. II. de Abysso; III. de Terra. Consideratio tota Philosopho dignissima est.

CAPVT PRIMVM.

DE COELO.

I.

DINCIPEM, & supremum nobilissimi Operis ductum in Caelo exhibuit Mirandus Artifex Deus. Hoc è nihilo condidit, sedem amplissimam simul & amoenissimam; quæ & nobis mortalibus, si ritè D e u m veneramur, destinata. Theologi appellant Caelum Empyreum, quod solum intelligere Moses videtur, cum Mundi exordia describas cap. i. Genesios ait: *In principio creavit DEVS Caelum & Terram &c.* quod ita per antonomasiām quandam sit dictum. De alijs enim Coelis postea primum agit, eorum & structuram & ornatum exponens, ut etiam in sequentibus declarabitur. Nec refert, quod Caelum Empyreum,

non ita sit notum, ideoque non ab initio statim Historia Mosis proponendum videatur: æquum enim haud erat, in enumeratione partium Vniuersi præstantissimæ rei mentionem prætermitti: Et Historia porrò illa Diuina non minus Sapientibus conscripta, quam Rudibus, qui tamen facile, tanquam de futuro perpetuae felicitatis Domicilio instrui poterant.

I I. Hoc cœlum est constitutum à Deo, in principio temporis, non ab æterno: necdum enim sex millia annorum fluixerunt, cum esse primum incepit, si recte Chronographi computant. Accipere autem possumus nomine temporis, saltem aliquod tempus *imaginariū*; nam *verum & reale*, quod scilicet conueniat rei successiæ, ut motui locali &c. probabilius non fuit ab initio, sed postea cepit, cum aliquo deinde interuallo. Cœlestis aliquis, aut quoconque alio vocabulo nominandus motus productus; ante quem duodecim ut minimum *Horis imaginarijs* sūa iam motæ Cœlum Empyreum constitisse videtur.

III. Sed quæres, utrum per absolutam Dñi potentiam ab æterno produci saltem potuerit? Ita ut nunquam fuerit verum dicere, vel respectu temporis veti, vel imaginarij: *DeVS est. & Cœlum Empyreum non est. &c.* Respondeatur affirmatiæ, neque enim apparet implicancia contradictionis; & ratio sane Creationis impedit nihil videtur: nam licet creatio sit productio rei ex nihilo, tamen non requiritur, ut nihil præcesserit, sed ut sit ex nullo subiecto: ut exponit etiam S. Anselmus apud Conimbricenses. Vel certe non opus, ut creatura prius tempore & actu nihil fuerit; sed sufficit, si potentia: ita, ut ex non habente esse ex se, siue cum absolute posset non esse, acceperit, tamen esse dependenter à suo sufficiente. Et Sanctis verò Patribus aliqui, tametsi vel studio defendæ Diuinitatis Christi contra Hæreticos, vel probandæ creationis Mundi in tempore contra Philosophos, contrarium senserint, non tamen ut fide certum habuerunt.

I V. Et quidem S. Athanasius oratione 2. contra Arianos omnino non aduersari videtur nostræ sententiaz: sic enim habet: *Quod si autem curiosè inquirant, Cur DEVS, in cuius potestate est operari, non semper operatus sit? Furiosorum est ista audacia, quia enim cognovit Mentem Domini, aut quis confitarius eius fuit? aut quomodo dixerit signum ad suum signum, cur me ita fecisti? sed tu*

men-

autem de vel tenti ratione supponente confilescamus; audire obse-
oro, quod tametsi D E O possibile fuerit, ab eterno opera facere,
non tamen posueris ea, qua facta sunt, ab eterno fuisse: siquidem
ex non Entibus emergerunt, nec erant, priusquam fierent. Que
autem non erant, antiquam fierent, quomodo illa cœxistere poterant
cum D E O semper existence? quid autem illa verba? tametsi D E O
possible fuerit, ab eterno opera facere, cum vero addit: Ceterum,
Filius cum non sit opus, aut factum quiddam, sed quiddam Æter-
num Substantia Patrie, aeternatiter existit; indicat eam Verbo
Divino Æternitatem competere, quæ est ex naturæ necessitate de-
bita, cuiusmodi sicut non competit rebus alijs, quæ etiam de facto
in tempore sunt productæ; vt ipsimet Ariani ex scripturis didi-
cerunt.

V. Dies quo conditum est Cœlum Empyreum, vna cum
Abysso ac Terra, tanquam primis mundi Rudimentis, fuit is, quem
nunc Dominum cum appellamus, cum utique septimus inueniatur, si à
sabbatho quietis retrogradè numeremus: sex enim diebus Mundus
est à D E O constructus & exornatus, vt habetur Gen. 1. &
Exod. 20. Vbi cum Iudeis Sabbathi sanctificatio præcipitur, causa
mox additur. Sex enim diebus fecit Dominus Cœlum, & Terram,
& Mare, & omnia que in eis sunt; & requieuit in die septimo.
Vnde cum dicitur Ecclesiastici 18. Qui visuit in eternum, creauit
omnis a simul; particulâ simul denotat Collectionem Rerum, non
coexistentiam temporis: Quod si tamen ad hanc etiam referre ve-
lis, tum illud simul non ad instans, sed ad tempus sex dierum con-
tinuatorum accommodandum erit, vt docet Beccanus. Concilium
Palæstinum sub Victore Pontifice anno 198. celebratum, li-
cet particolare, non paruz tamen authoritatis, tradit primum il-
lum Mundi diem fuisse 25. Martij, quo & B. Virginis Annuncia-
tus Ch ristus, & quo post annos 34. vel passus, vel, vt alij
quidam Chronologi volunt, à morte resurrexit: tametsi eo
anno quo Incarnatio facta, 25. Martij, inciderit non in diem De-
minicum, sed in Feriam VI. Feria enim VI. tam Incarnatum
quam Pascham Domum; Natum vero & Resurtextisse Domini-
ca docet Franciscus Suarez ex SS. Patribus.

VI. In & cum Cœlo Empyreo creatos esse Angelos com-
munis est opinio; cum Mundo certè Corporeo creatos, & non
tu. 3. ange.

ante, ut aliqui putarunt, videretur constare ex Concilio Lateranensi, quod dicit: *Firmā fide credendum esse, Deum ab initio temporis simul utramq; denibili condidisse et ornatum, Spiritualem & Corpoream Angelicam & Mundanam.* Moses autem tacite saltē meminisse videntur Angelorum, cum ait Perfectos esse Cœlos, & omnem Ornatum eorum; sane ad Ornatum summi huius Coeli pertinent etiam tantæ nobilitatis ac præstantiarum spiritus, tanto Numero, tantoque Ordine, pto Regis regum Palatio conditi.

CAPVT SECUNDVM.

D E

A B Y S S O.

VII.

ABYSSI nomine intelligimus molem quandam immensam Aquarum, quæ primo Mundi die à corpore Empyreo ad Terram usque omne complebat spatium: Ut enim Eustathius ait: *abyssus est Aquarum nimia, infinitum habens profundum:* quamvis admitti non debeat vera quædam Infinitas: unde nec absque Hyperbole capiendum est nomen. Nam S. Basilius Abyssum dicit significare copiosam aquam, ad cuius fundum haud facile penetrari potest. Hæc Abyssus erat ex Vetrica & Elementaribus aquis, esto non nihil ratiōribus, quam nunc apparent; primò quidem obscura & caliginosa, sed post horas 12. temporis saltē Imaginarij, luce aliqua imbuta; quæ probabilius cœpit in Oriente Palestinae, & vel in orbiculari quodam, & ex aquis crystalli more compacto corpore, delata est, vt vult Cornelius; vel immediatè à Deo per alias, aliasque partes. Abyssi uniformiter disiformiter sic diffusa ut spatio 24. horarum, cursum suum ab oriente per occidentem, rursus in Orientem perficerit, vt vult Beccanus. Unde postquam 12. horis nostrum hæmisphærium efluxus est emensa: factum est vespere & mane dies unus: quod etiam confirmat Hebræorum consuetudo, qui dies suos à vespere incipiunt, & in

Et in eadem terminant: A Vespera, ait Dominus Leuit. 23. ad vesperam celebrabis sabbatha vestra.

VII. Ex hac aurea Luce deducunt; si Gentes omnes à primo Mundi die, suos dies numerare deinceps volint, fore duas Regiones aut Vrbes ferè immidiatas, in quarum altera sit dies sabbathi, in altera verò Dominica. Pro exemplo etiam possemus liceat *Dilungam & Lauingam*, quæ sic dissideant. Nam si in loco aliquo diametraliter opposito sit hora sexta vespertina diei sabbathi, tria *Dilungæ*, quæ semicirculo distat ad occidentem respectu illius loci, hora sexta matutina eiusdem diei sabbathi. *Lauinga* autem inidem ferè sexta matutina, sed diei Dominicæ; cum partes magis orientales, cuiusmodi est *Lauinga* ad illos Antipodas comparata, citius recipient diem. Similia facile apparetur in quolibet Globo terrestri; In quo etiam (vt & in Tabula quavis planæ) per Meridianos 24. diuiso cognoscere erit, ex hora cui loci cognitâ, quora sit horæ vbique Gentium & Terrarum; quæque item consequentes functiones vbique exerceri soleant. Quomodo etiam accuratè ostendunt, nullam omnino horam exire per integrum diem naturalem, quâ non in aliquo saltem Orbis loco. Christiana Sacra celebrentur: vt haec quoque ratione *Inge Sacrificium* appellari non immeritò possit, quod Ecclesia Catholica habet.

I X. In medio Abyssi, condidit Deus altero Mundi die ex istis aquis, vt grauissimi quique ex sanctis Patribus testantur. quod Moses *Firmamentum* appellat. Per hoc autem non intelligitur sola sphæra, quæ stellarum fixarum est domicilium. aut folus aëris infra cælum &c. cum quarto die dicatur Deus posuisse *solem*, *annam* & *stellas* in Firmamento: sed *Aggregatum* quoddam ex Aëre, Igne, & omnibus Coelis, tam siderum errantium, quam fixorum: nam quæ de Firmamento asserit Moses, optimè conueniunt huic Aggregato: per hoc enim dividuntur aquæ ab aquis: in hoc posita sunt sidera; hoc nomine cœli veniunt; non enim superiores duntur at regiones cœli dicuntur, verum etiam inferiores, vt aëris; Hinc psal. 8. *Valores cœli*. Genes. 7. *Cœli aperte sunt &c.*

X. Aquæ superiores, quæ sunt videlicet supra Firmamentum, sunt veræ aquæ, & eiusdem speciei cum inferioribus; quod plurimi sancctorum Parrum sentire videntur apud Molinam, & Salianum.

Salianum. Notabile est testimonium S. Augustini libro II. de Cipitate cap. 34. Sed si quis in nomine Aquarum, que super celos sunt, ponderibus elementorum mouentur, & ideo non putantur Aquarum fluidam gravemq; naturam in superioribus mundis locis posse constare; qui secundum rationes suas, si ipsi hominem facere possent nota ei pitturam, quod Grace φλεγμα, dicitur & tanquam in elementis corporis humani, aquarum vicem obtinet, in capite ponerent. Ibi enim est fides phlegmatis secundum DEI opus utrig; apudissime, secundam istarum autem conjecturam tam absurde, ut si hoc negaremus, & in hoc libro similiter scriptum esset, quod DEV'S humorem fluidum & frigidum, ac per hoc gravem in superioribus omnibus caseris humani corporis parte posuerit, isti Trutinatores elementorum aequaque credentes. Tametsi ergo causa nobis certò non constat, cur Deus voluerit esse aquas supra celos, tamen non ideo sunt negandæ. Quot enim res sunt in hoc Mondo, quarum penitus rationes ignoramus? Cornelius ait, voluisse D E V M has aquas supra celos constituiere, tum ad ornatum Uniuersi; tum ut hæc Matrix celorum semper supra ipsos extaret; tum ad oblectationem fortè Beatorum in Cœlo Empyreo existentium, vt aquis hisce crystallinis, & mirifice variegatis eorum oculi pascerentur: aquæ enim omnis forma, coloris, & elegantiarum sunt capacissimæ, in ijs incredibili quadam amaritatem lucis radij triumphant, vt patet in Iride, &c.

XI. In Firmamento fecit D E V S quarto die Mundi Sollem, Lunam & Stellas, tum quoad substantiam, tum quoad accidentia: condensauit enim quasdam celorum partes, ijsque novas formas substanciales attribuit, rotunditatem item, lucem, & efficaciam multiplicem: S. Scriptura enim non aliter loquitur de productione astrorum, quam de productione aliarum rerum; quæ sane, & quo ad substantiam, & quoad accidentia sunt suis diebus conditæ. Si quid etiam verè est in Cœlo orbium Excentricorum & Epicyclorum, hoc quarto itidem die confectum est. Videretur enim Davs hoc die totum celorum ornatum, & perfectionem tribuisse: proindeque desiderari non debet certa quedam partium distinctio & accommodatio ad varios motus &c. Porro Sol & Luna specialiter nominantur, & Luminaria magna dicuntur in S. litteris; quia scilicet & secundum iudicium oculorum

oculorum apparent magna, & multam habent in hæc Inferiora virtutem; vt tradunt S. Chrysost. S. Thomas, & alij. Alioqui Luna est minor quam sidera pleraque.

X I I. Inferiores aquæ tertio die in Terræ siuis & cauitates quasdam, quas Deus effecit, concluduntur, cum antea Terris adhuc sphæricè superfunderentur. Ita verò exigebat opportuna animalium variorum, hominumque præsertim habitatio. Dicuntur autem congregatæ in locum unum, vel ratione Oceani magni, & à potiori, vt aliqui volunt; vel quia Maria omnia, & paludes ingentes per occultos saltus meatus continuantur. Intēsim verò Terra & Aqua unum constituant globum, idemque centrum habent; quod probat multis Clavius in Sphæra, aliisque complures. Exterius autem minor est Aqua, quam Terra, vt Tabula Geographica Recentiorum ostendunt; & Scaliger contra Cardanum exercit. 38. itemq; Esdras lib. 4. c. 6. Imo si tota Aqua seorsim accipiatur, & Terra itidem seorsim, multo minor videtur Aqua, quam Terra; cum non adeo, magnam illius profunditatem nauigantium hinc inde Bolides deprehenderint. Quod si etiam detur, profunditatem maris habere ubique unum milliare Germanicum, & Terram adeo omnem tam alta voragine circumfusam; nihilominus tamen ostendunt, adhuc 430. minorem fore Aquam, quam Terra sit, qua latet.

X I I I. Ex Aquis Inferioribus prodixit Deus quinto die pisces, & quidem non tantum binos in una specie, sed probabiliter plures, vt putat etiam S. Augustinus, S. Gregorius Nyssenus, & alij, tam de piscibus, quam de brutis cæteris. De homine enī est alia ratio, cum voluerit Deus posteritatem humanam, ab uno capite descendere. Moses Barcepha Syrus Episcopus probat plura animantium paria à Deo producta, è pellibus occisorum pecudum, quæ adhibebantur pro vestigandis priuatis parentibus, inmodicū post peccatum poliatis: Nonenam credibile, illam speciem periisse. &c. Quamuis Iustinus Martyr opinetur tunicas pelliceas factas esse modo creantis. Porro pisces appellavit Moses Reptilia, quia simili ferè modo mouentur in aquis, quo reptilia in terris; puta, ^{Sup} Specops & venefrem; licet aliqui pisces & amphibia pedibus etiam gradiantur, vt equi marini. Peculiariter aperte meminit magnorum piscium, cum in nullo genere ani-

animalium reperiantur tam magna, sicut in genere piscium: natura. S. Basilius testatur Balenás quasdam dorsum efferentes Insulae spēciem referre; unde. & S. Maclouius in huiusmodi aliquā sacrata celebrat legitur, cum Insulam putaret. Inter volucres quidem aliqua etiam tam magna scribitur, ut Elephantem aportare queat; sed nondum tamen ad Insulæ magnitudinem facit. Inter bestias terrestres Elephanți, & Dracones in mole exuperant; nec tamen etiam tantâ, quantam aquæ suppeditant; quarum portenta Hebrei nihilominus Dracones appellant; & duas quidem maximas Balenás à D. o'conditas affirmant feminam scilicet, quam Deus occisam reseruet Iustis in epulatum tempore Messiae: & masculum quoque, cum quo certis horis ludat per singulos dies, iuxta illud Psalmi 103. *Draco iste, quem formasti ad iludendum ei tecum.* vt refert hanc fabulam ex Lyrano & Abulensi Cornelius.

XIV. Ex ijsdem illis inferioribus aquis prodierunt etiam quinto die Aues; quæ est opinio valde conformis S. Scripturae, eum aut: producunt aqua reptile animæ viventis, & volatile super terram. Tenent eandem SS. Ambros. August. Basili. Hieron. Damasc. &c. Conculcente patiter Ecclesia in Hymno vesperrum Fer. V. *Magna Deus potentia, qui ex aqua ortum genus, parvum remittit Gurgiti, parvum tenet in aera &c.* Fauet autem similitudo non parua, quæ est inter pisces & aves, & à Cornelio explicatur. Nec obstat quod dicatur ghezel. 2. Formatus igitur Dominus Deus de humo cunctis animalibus terra, & insueris volatilebus celi, adduxit ea ad eum Adam &c. Nam est hic facta à Moysi repetitio præteritorum; sed non particularum. Sensus ergo integer est formatis de humo animalibus terra, & formatis de aqua volatilebus. &c.

CAPUT TERTIVM.

Intervale nullum adiuvante, postea quinq; menses, ad alios, quodcumque annos. **D. B.** dicitur, resolutio quæcumque operis, cuiusmodi temeritate illi incepit, nisi quod fletio. Unde resolutio, ut **TERRA.** quæcumque operis, cuiusmodi temeritate illi incepit, nisi quod fletio. Unde resolutio, ut **TERRA.**

ERKA, quæ est quasi Fundamentum totius Mundanæ Syntaxeus, condita est à Deo primo die, sed adhuc inanis & vacua; cui aquæ Abyssi vndeque erant superfusæ, vnde vni & cum illis Chaos appellari potest. Pendet verò Terra in medio vniuersi, ponderibus suis ita librata, ut nouo pondere ex vnâ parte imposito, semper tantum centrum gravitatis, adeoque moueri & succuti, tamen quodam trepidationis, seu librationis videatur; quo se restituat, nimirum æquilibrio; & centrum suæ gravitatis cum centro Mundi coniungat; eo quod tum vna medietas præpondereret alteri. Hoc enim exigit natura rei grauiis, ut centrum suum sit centro Vniuersi coniunctum; adeoque ut vtraque sint in eodem Indivisiibili: licet inter se centrum magnitudinis terræ possit distare: vi patet in globo partim ligneo, partim ferreo &c.

X VI. Huiusmodi porro libratio in tantum ingenti Terræ latitudine, licet etiam in quoctide fiat, est sensu imperceptibilis, sicut in maxima aliquâ bilance non appareat motus, etiam ab indicatore lapide qui sit vnius libræ: Tamen si discrimen quodque inter bilancem & terram, illa enim pendet à statu quicquam diuisibili, terra autem pendet ab indivisiibili. Et constat sane Reni, quo minus habet in æquilibrio polita sustentaculum; eo faciliter pondus in parte additum sentire, sicut & statere appendiculum à centro remotum magis premere. Hanc de Terræ trepidatione sententiam habet Vasq; i. 2. disp. 8. c. 3. quam non multum abire putat à demonstrationibus Mathematicis. Subscriptis ipsis tanquam Magistro suo Ferdin. Quirinus de Salazar in versum 29. cap. 8. prouerb. & alij quidam.

X VII. Quod si dicas nullum pondus nostræ translationi subditum superare gravitatem superficie (est enim & superficies grauiis) quæ totam Terræ molem in duas partes æquales distinxerat; adeoque ea non superata, non posse detrudi terram: alias enim dimouendam vel minus quam vñâ superficie, vel vñâ superficie tantum, cum tamen nulla alia superficies in immediate sequatur. Respondetur quodlibet corpus graue impositum Terræ, habere

maiores grauitatem, quam præcisè habeat superficies terræ, immo & pars aliqua diuisibilis sequens: Corpus enim v. g. Cubicum palmare, est diuisibile in infinitas superficies palmates graves, quomodo non est diuisibilis dicta superficies terræ. Quare si etiam granum milij coniungas, ad hoc sine trepidabit Tellus. Tunc enim mouetur, quando pondus impositum, & medianam terræ superficiem, & partem aliquam diuisibilem æquat, sed si granum milij addatur, hoc sit; ergo &c. Minor probatur, ponamus v. g. partem diuisibilem quandam, cui adheret superficies media, esse librarum 2000, cum illa pars sit diuisibilis in infinitum, peruenietur tandem aucterendo partes semper proportionales ad pondus grani milij. Si enim auferas primo medium partem posita partis diuisibilis, remanet pars librarum 1000; ex hac si iterum demas medium, remanent librae 500. &c.

XVIII. Terram mox em tertio die apravit Deus habitationem animalium, aggestam alibi in montes & altitudines, alibi autem in Cauitates & sinues depresso, ut aquæ recipentur, quod supra diximus. Interim tamen si talis aliqua asperitas, tamen ad sensum planè sphæricus constituitur globus, ut hinc liquere potest: nam si sit globus aliquis è ferro fusus, cuius diameter viius pedis, tum ideo sphæricus ille censembitur, quia linea ex centro ad superficiem educata sensibiliter æquales sunt, licet millesima subinde diametri pars excedat. Sed excellitus, quo linea è centro globi Terreni ad summos montes porrigitur, est in minore proportione ad diametrum terræ, quam illa particula ad diametrum globi Ferrei: facile enim saepius quam millies continetur altitudo montis in diametro terrestri: cum ponatur habere milliana Germanica 178, & amplius.

XIX. Terram die tertio vestiuit Deus mira quadam plantarum varietate, & Copia, tum ad ornatum, tum vero etiam ad usum animalium. Et productæ sunt plantæ non solum bonæ utilitatisque, sed etiam noxiæ; & rose non sine spinis; quod aliqui putarunt: nam & alia nocua ante peccatum Adæ sunt productæ, ut serpentes &c. quæ tamen res hominibus in statu innocentia non nocuerint. Nec obstat, quod post peccatum dicatur Adamo. Terra spinas & tribulos germinabili ibi: nam vel in quibusdam postea locis eiusmodi mala germina nascabantur, ubi alioqui non debebant.

debat; vel è paradiſo eiectus magnam alibi sterilitatem iuueniebat &c. Hoc item tertio die probabile est producta fuſſe marmora, metallia, mineralia &c. vt iaceant Cornel. de Lapide, Salianus & alij.

X X. Huic quoq; testio diei communiter tribuūt Paradisum, quā probabiliter fuit circa Mesopotamiam, vt sentit Perer. Cornelius Torniell. & alij. variè suā opinionēm confirmantes; licet ali- qui patent fuſſe in Peru. Sunt qui velint Paradisum hunc sub Aquinoſtikā Circulo ſitum, ab quo decuſſari eolum ac terram nō uimus; proindeq; flammæ gladij non hinc zonam reddi Ter- ridam, quā propter ſolis conuerſiones Versatilis nuncupetur, vt eft apud Rhodigin. lect. antiqu. lib. I. c. 22. Nunc autem materia- le quidem Paradisi extare adhuc videtur, id eft ſolum aliquod ad fluuios Euphratēm ac Tigriſ fertilitate forſan etiamnum & Co- li ſatubritate florens: ſed non ipſe cultus, amœbitas, diſtributio- &c. quā perierunt, vel diluvio, vel defertione Dei. In eo vide- tur fuſſe Henoch ante Diluvium, qui nunc cum Eliā adhuc vi- uens vel in alio quopiam loco perameno, vel intra ipſos para- diſi olim veri & culti terminos annum agit Vita plusquam qua- ter millesimum nongenitatum, quinquagesimum, vt computat Cornelius, tempore Antichristi ex communī Doctorum opinio- ne rediturus. Pulfuit autem ē Paradiso Adamum: aiunt die Ve- neris, qui alter illuxit Mundo: Vnde & diem aliquem Veneris pro- ſacrauimū ſuā Paſſione Christus delegerit.

X XI. In hac felici Paradiſi terra fuit deinde mira Ani- malium varietas, & pulchritudo, quā non mediocrem homini voluptatem attulerat. De Aribus & earum delicata Muficā ſeu concentu tradit S. Basilius: Aliqui opinantur Bruta in Paradiſo habuisse rationem & loquaciam; & ſerpentem non rependo, ſed erectam incessiſſe &c. que tamen haud admittenda. De Arbo- re vita quā fuit in illo delitiarum loco, docet Beccanus eam ha- buiſſe vim quandam naturalem, vt ſepiuſ ſumpta potuerit vi- tam hominis tempore infinito conſeruare; restaurando videli- cet humidum radicale, pari ſemper fruſcitate: niſi forte tempo- ris lapsu non tam efficax fuſſer illud lignum, vt probabilius exi- ſtit: e viderur Cornelius. Adam porrò probabiliter ex Arbore vita nihil unquam gauſtavit. De Arbore ſcienſia Boni & Malū (quā ſic appellata, quia ex hac diſcre poteſat Homo, quid in-

ter sit inter Bonum & Malum, inter Obedientiam & Inobedientiam, &c.) dicunt aliqui fuisse Cerasum, cuius fructus primo vere, colore & rotunditate venusti ac grati. Alij auant fuisse Malum, cum dicatur Cantic. 8. sub arbore Malo suscitari te. Aliis Ficus placet, e cuius folijs tanquam proximis mox post eum vestem consuerit Adamus.

XXII. Est etiam qui Ficum Indicam afferat, eoque sibi commentio non parum placeat. Ficum autem Indicam ex relatione Rabitij cultu dam Salernitani deserbit Carolus Clusius, lib. 1. Botanic. cap. 1. Arborēm nūquām esse, quæ ab uno stipite se scipiat per multas fibrae & eorsum missas in densam adeò silvam proferinet, ut tēna hominum milia latitare non insommodē possint: rara interim primi trunci crassitudine, quantam vix triām vītorum Vīne comprehendant. Folia huius, ipsius vīe, videtur, arboris. Theophrastus non minora pelvis facit. Hinc igitur facilē in medio ligna latebras querere potuerit. Adamus, rameti nullas inuenierit. Nihil certi hic potest asseri. Illud autem fabulosum, quod tradunt Hebrei, ex arbores Paradisi verità accepisse, eth iussu Angelis mensidque ori Adami sepulchri inuidisse, vnde succreuerio deinde Arbor Crucis Christi.

XXIII. E Terrā fecit D[omi]n[u]s v[er]bi Animalia terrestria die sexto Mundi. Hybrides autem siue animalia quæ ex congressu diversarum spiecium generantur, vt Mulier Equa & Asino, Lynxes ex Lupo & Ceruā, Leopardi ex Lezā & Pardo, non videantur hoc die producta, vt censem etiam Suarez de opere 6. dierum lib. 2. c. 10. praeceps cum Leuit. 19. verita sit talis co[m]ixtio, & Africa quotidie sit torax huinsmodi Monstrorum. Similiter probabile est non fuisse creatum hoc die minuta illa animalcula quæ ex sudore, putrefactione &c. nascuntur, vt pulices, mites &c. Licet alioquin etiā per generationem quazdam ex se inuicem oriantur: Interim camen conditæ sunt bestiæ venenatae, multarum utilitatum, saltem in Medicinis &c. & quæ sibi sunt inimicae, cum Antipathia naturali; unde arte peccatum Ad natura lupi erat inimica oui, &c. exitium acrullis est. Ad diuinam tamen prouidentiam spectabat, ne ante sufficientem speciei propagationem simile quid accideret.

XXIV. Animalia hæc in primâ statim Mundi conditione variae per terras sparsa videntur. Post diluvium autem Generale quadrupes quomodo ex Asia (vbi Arca deposita) in Insulas, & terras

sæstoto Mari semotas deuenient? Responderi potest, deuenisse probabilitè natando. Experientia enim constat, seras virgente necessitate per integrō dies & noctē posse natare. Eius ter indicium est quod in Orbe nouo, puta in Americā, reperiātur seras per totam Continentem, & in Insulis ei vicinīs; in Insulis autem quadridui itinere dissipit non reperiātur, ut observavit Iosephus Acosta lib. 1. de nouo orbe cap. 21. vnde addit nullam Vulpem, Léonem, Væsum &c. reperiāti in Insula Cuba, Hispanicā, Magaritā &c. sicut nec antequam importarentur ab Hispanis, ibi erant Boues, Equi, Canes &c. Quia scilicet à Continente longius distat illa loca. Putant igitur & homines, & animalia aliabituta, in Americam penetrasse; vel facili & paruā nauigatione seu natatu, vel terrestri sa- nē itinere, cum videatur coniungi huic nostro orbi; & supra Floridam putatur esse latissimā qualis Terra etiam monstratur ad ipsum Polum nostrum à quodam, sub nomine Eliud Nicolai. Longæ autem nauigationes ob defectum forsitan usus Magnetis, Astro- labij, & nauium magnarum &c. non potuērē institui. Interim non negatur quædam animalia importata, vel lucri, vel nouitatis gratiā, vt ad nos à peregrinis solent, que deinde varijs casibus manserint. Torniellus etiam ad prouidentiam. Dicit spectasse ait, ut animalia ijs in plagiis. Si non aliter, sicut per Angelos collocarentur; quæ modo per eosdem in Arcam Noe foras introducta sunt.

XV. *Primus Homo, sive Adam productus est de limo Terra (etsi cetera Elementa non excludantur) & die Mundi, extra Paradisum, in agro Damasceno, non urbis Damasci, sed iuxta Hebron, ut tradit S. Hieronymus, Abulensis, Adrichomius, &c. Productus est autem statuā perfectā, & translatus in Paradisum; ubi eodem d. Ille de Costa eius partim dormientis partim, vt alij addunt, in Extasi positi (liberā scilicet interim mente ad naturalem usum rationis, & etiam de Mysterio Divinitus illuminatā, ynde & primus propheta à S. Hieronymo appellatur, qui de coniunctione Christi cum Ecclesia prophetarit) condita est Eva. Adiunctum est autem Costa aliquid fortasse de aere, & aqua, vt sufficeret; locus vero Costa Adamo crepit vel altera Costa, vel carne repletus est, vel habuit Adamus costam aliquam peculiarem pro formanda Eva, qui tamētū monstrum non fuit; cum ea opus haberet, tanquam caput & origo Gentis humanæ. Porro viri Docti.*

Dotti aduentum Euamformatam esse è Costà lateris sinistri, in quod vergit Cor, ad significandum amorem, & coniunctionem maiorem &c. Addit hic Ineptus aliquis Rabbinus, Faunos & Satyros sub exitum diei sextæ condì cœpisse: sed DLM vespere sabbathi præuentum absoluere opus non potuisse; vnde tam clarè mōstrosi manserint. Verum Dei perfecta sunt opera. Deutero. 32. qui omniaem istam vniuersi tam mirificè constituti pulchritudinem, ornatum, utilitatem &c. deseruire nobis mortalibus per summam suam, magnificentissimamque Bonitatem iussit.

Ad Gloriam Maiorem

I B S V, M A R I A, I O S E P H.

P E R D O C T O D O M I N O
M A T T H I Æ A L T. S Y N T A-
X I N M V N D A N A M P R O P V-
G N A N T I.

Palladias inter Syntaxin discere Curas

Habentus est noſter ſollicitusq; labor;

Scilicet ut recta cōpagnie verba ſtruantur;

Ei ſedat Ausonio Muſa nitore loqui.

Tutamen hic diſtinctio Syntaxin noſcerentias.

Qua totum Magni prodigi Orbis opus:

Condere nec quidquam, vel cōficienare labores,

Cara tibi potior ſoluere, quam ſtruere eſt.

Honoris & Amoris ergo

et alijs in mea dignis ſollicitusq; labor;

Ioan. Philippus Wanner.

Henricus Philip. Moser.

A D E V N D E M

Tandem aliqua illuſtris latitancem banc e Aula Mineruam,

Clariss & Sophiam prodiſt Aperta Thesis

Nec dubita; ſatis u Luce monſtratur & Auris,

Qui ſimul à ſeo prodirent Orbe Sophis.

M. Vitus Lang, Monacensis

S. S. Theologie, Sindonisius.